Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1795
Copyright: Wien, Schottenstift (Benediktiner), Bibliothek

a plauto & ab affranio & accio & multis aliis
fere magnis comicis inuenies. Illud q̄ꝫ in terenci
anas virtutes mirabile q̄ eius fabule eo sunt temperamento ut
neq̄ extumescant ad tragicam celsitudinem neq̄
abiciantur ad histrionicam. Adde q̄ nil abstrusum ab
eo ponitur aut qd ab historicis requirendum sit, qd sepius
plautus facit & eo est obscurior in pluribus locis;
Latine fabule primo a liuio andronico scripte sunt ad
cunctis res etiam dum terentius et idem poeta & actor
fabularum suarum fuisset. Est enim q̄ aut comedia ex cottidiana
uite speculum comparata in gestu & pronunciatione consistit
Thespis autem primus hec scripta in omnium noticiam protulit
postea heschilus secutus prioris exemplum publicauit. ut ait
horatius in arte poetica Ignotum tragedie genus inuenisse
camene dicitur etc. Comoedia autem multas species habet
aut enim palliata est aut togata aut tabernaria aut attellana
aut mimus aut rhitonica aut planipedia. Planipedia
dicta est ob humilitatem argumenti eius ac uilitatem actorum q̄
non coturno aut socco utuntur in scena aut pulpito sed plano
pede. Togatas a scenicis argumentis latinis. pretextatas ad
dignitatem personarum. Attellanas ~~ad dignitate~~ a ciuitate ~~attellane~~
campanie ubi actitate sunt. Rhitonicas ab actoris nomine
Tabernarias ab humilitate argumenti & stili. Mimos a diurna
imitatione rerum uilium & leuium personarum. Comedie autem aut
motorie sunt aut statarie aut mixte. motorie turbulente
Statarie quietiores. mixte ex utroque actu consistentes
Omnium autem comediarum scripta ex 4 [illegible] nomino sumuntur.
nomine loco facto euentu. Nomine ut [illegible] formio. hechira. Cur-
gulio. Epidicus. Loco ut andria [illegible]cadia. brundusina.
Facto ut eunuchus asinaria captiui. Euentu commouentes
comme heautontymorumenon. Comedia per 4 partes
diuiditur prologum prothasim epithasim. catastrophen. prologus
est uelut prefatio quedam fabule in qua solo licet preter argumentum
aliquid ad populum uel ex poete uel ex ipsius fabule uel ex
actoris commodo loqui. prothasis est primus actus fabule quo pars
argumenti explicatur pars reticetur ad populi expectationem
tenendam. Epitasis inuolutio argumenti cuius elegantia con-
nectitur. Catastrophe explicatio fabule per quam euentus eius
approbatur;

Actas diuersis ludis comedias manifestum est Nam ludorum 4 sunt species quos curules ediles munere
publico curant. Megalenses magnis diis consecrati. Funebres ad attinendum populum instituti dum pompa
funeri decreta in honorem patricii uiri plene instruitur. Plebei qui in salute plebis eduntur.
Appollinares appollini consecrati. In scena due are poni solebant dextra liberi. sinistra
eius dei cui ludi fiebant. hic parum uidetur q̄ ulixem palliatum inducunt ob singularem sapientiam qua tectus
munitus quam plurimum sociis profuit. huius enim uirtutis erat animi sed decipientis ingenium. Achilles siue
neoptolemi persone diademata habent quamuis tragalia sceptra nunquam tenuerit. eius argumenti probatio tale
inducitur q̄ nunquam cum ceteris grecie iuuentute ad gerenda cum troianis bella sacramenta coniurationis inierunt
nec unquam sub agamenonis imperio fuerunt.
Comicos senibus candidus uestitus inducitur. Adolescentulis discolor attribuitur. Serui comici amictu
exiguo conteguntur. Parasiti cum intortis palliis ueniunt. leto uestitus candidus. erumnoso obsoletus
purpureus diuiti. pauperi foeniceus datur. Militi clamis purpurea. puelle habitus peregrinus in-
duitur. Leno pallio uarii coloris utitur. Meretrici ob auariciam luteum datur.
Aulea est mimicum uelum qd populo obsistit dum fabularum actus commutantur;

Am Rand: .. genera habitu terentius